



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Titvlvs IX. De Testibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

solvat. 3. Ut judici in omnibus quæ ad iudicium pertinent obediat.

Peccat igitur mortaliter: 1. Qui Judici juridice interroganti non vult respondere, aut si respondeat, æquivoce, fallaciter, aut mendaciter respondet.

2. Peccat: qui per Calumnias, injustitias, falsitates, aut quosvis illegitimos modos conatur defendere.

3. Peccat qui renuit Judici obedire, per illegitimas Appellationes, declinationes, vel dilationes, quæ in actoris legitimi damnum injustum redundant.

4. Tenetur ad restitutionem omnis damni, quod ex injusto aut falso medio se defendendi, actor justus & juridicus incurrit.

## TITVLVS NONVS.

### *De Testibus.*

#### Articulus Vnicus.

##### *De Testium Qualitatibus ac Peccatis.*

**T**estium qualitates describit *Isidor. in Decret: De Verb: signif: l. Forus. Testes consi-*

*consi-*

considerantur: conditione, natura, & vita. Conditione: si liber: nam sæpe servus metu dominantis testimonium veritatis sup-  
 primit. Natura: si vir non fæmina, nam vanum & mutabile testimonium semper fæmina producit. Vita: si innocens & integer actu, nam si vita bona defuerit fide carebit. Non enim potest justitia cum scelerato homine habere commercium. Neque Regularis sine licentia superioris sit testis, nec etiam Clericus in causa sanguinis. Deinde requiritur ut ætas sit pubes & in causa criminali viginti annorum, & ut sit rationis utens, non furiosus, non ebrius, non infamis, nec pauper, ne paupertas ingerat suspicionem corruptionis.

Peccant vero testes contra octavum præceptum. 1. Si falsum testentur. 2. Si veritatem taceant. 3. Si veritatem dissimulent aut aliqua arte vel amphibologia eludant, in proximi injustum nocumentum, tenenturque ad restitutionem & compensationem debitam.

TITV-